gnomine fulgentem compofuimus: nunc vero omnium veterum juris conditorum fententia ex multitudine, quæ ad duo millia pene librorum, & trecentas [1] myriadas verfuum pertingebat, in moderatum & perfpicuum collegimus compendium. Quinquaginta igitur libris omnia complexi nunc fumus cœlefti favore, colligentes omne id quod erat utile, & omnes ambiguitates decidentes, nullo feditioſo relicto. Quos libros Digefta feu Pandectas appellavimus, ex [2] eo, quod legum habeant divifiones [3] & decifiones; itemque ex eo, quod omne in unum congregatum receperint, hanc eis appellationem imponentes: nec ultra quindecim myriadum verfuum numerum eis dantes: & in feptem eos difponentes tractatus: idque non perperam, neque fine ratione, fed ad numerorum naturam & harmoniam refpicientes. §. 2. Ea igitur quæ apud omnes πρότερα, id eſt, primordia [4], nuncupantur, in [5] quatuor libros fepofuimus. §. 3. Deinceps [6] ea quæ de judiciis tractant, in alios feptem [7] libros. §. 4. Item ea quæ de [8] rebus, non in plures quam octo [9] libros. §. 5. Sequentem vero operis partem, quæ quarta [10] & media μέσον ἐστὶ τοῦ παντὸς eſt totius operis, in aliis [11] octo libris depofuimus, in quibus eſt quidem [12] hypothecaria, non longe admodum a pignoratitia actione diſtans: eſt & Ædilitium [13] edictum, & de evictionibus ſtipulatio: quæ duo acceſſoria, & confequentia conſtituta venditionum [14], longe tamen admodum in veteri juris ordinatione ab his devagantia congregavimus propius propter mutuam inter fe cognationem; ne, quæ de eodem pene loquuntur, longe a fe diſtarent. Poſt hæc introduximus poſt duos illos libros ea, quæ ſunt ſcripta de uſuris tam terreſtribus, quam trajectitiis ſeu maritimis, & de probationibus, atque præſumptionibus in unum librum [15]: his autem tribus monobibilis, [ſingularibus libris] poſt tractatum de rebus ſibi invicem proximis depoſitis, & rurſum ea quæ de ſponſalibus, & nuptiis, & de dote legibus dicta ſunt congregantes, his etiam [16] tria habere in hac ordinatione volumina conceſſimus. De tutoribus autem minoris ætatis [17] geminos libros, eos, inquam, qui de tutelis apud omnes nominantur, & hic etiam in compendium concidimus memoratam octo librorum ordinationem, & mediam (ut dictum eſt) hanc partem totius operis confecimus, pulcherrima & utiliſſima jura in his deſcribentes. §. 6. De teſtamentis [18] autem, & legatis, & fideicommiſſis omnia congregavimus in novem librorum numerum: quorum principatum obtinent ea, quæ ſunt de teſtamentis, & codicillis, cum omnium, tum etiam militum qui ea, ut volunt, faciunt [19], duobus libris ordinata, & de teſtamentis inſcripta; quinque [20] autem ſequentibus continentur ea, quæ de legatis & fideicommiſſis, & omni eorum ambiguitate diſputata ſunt: & quoniam Falcidiæ narratio continens, & conſentanea erat legatorum & fideicommiſſorum proprio tractatui: propterea & ipſam continuo legatorum ſuppoſuimus tractationi, libro integro rei applicato, cum brevi quadam adjectione: & rurſum quia ad Falcidiæ [21] imitationem (introductum) erat Trebellianum [22] Senatusconſultum in fideicommiſſis: & hujus ultimum hujus ordinationis tribuimus locum, totum jus ſuper his poſitum, Trebelliano Senatusconſulto attribuentes, & ſupervacuam eſſe Pegaſiani Senatusconſulti poſitionem inventes, & abſurdas horum Senatusconſultorum inter ſe differentias, & communiones: quas ſane & veteres peroſi, captioſas & damnoſas appellarunt: ſimpliciore quadam narratione, omne hoc ſchema congregantes, & ad unius Senatusconſulti Trebelliani ordinationem applicantes, & hanc quintam partem totius ordinationis novem his perfecimus libris: in quibus novem libris nihil de quondam [23] caducis dictum a nobis eſt: quia propter uſum quendam non proſperum cum increbuiſſent in republica, & luctuoſum monumentum bellorum civilium eſſent: non oportebat in his manere temporibus, in quibus & Deus dedit pacem agere domi & foris, & cum oportuit bellum gerere, facile cum ipſius favore hoſtes ſuperare & capere. §. 7. Sequitur deinde & exoritur nobis & ſexta [24] pars totius compoſitionis, octo concluſa libris. Pulchre autem incipit ab his, quæ poſſeſſiones nominantur, quas non ſimiliter, ut cætera diligenter conſiderantes, tam eas quæ ad ingenuos, quam quæ ad libertinos pertinent, ex multa anteriorum temporum confuſione & obſcuritate in purum deduximus compendium, geminorum [25] illis librorum numerum ſufficere arbitrantes. Adplicavimus autem ipſis, & omnes ab inteſtato appellatas ſucceſſiones, & ipſos generum ordines, eorum gradibus etiam libro inſcriptis, & circa omnium finem, Tertyllianum & Orficianum compoſuimus ſenatusconſultum, ex quibus matres & liberi invicem ſucceſſores fiunt. Procedit autem poſt hæc alius liber [26], qui de ædificiorum operibus, & de ea quæ ob ruinoſa & diruta ædificia (datur) ſatisdatione, & his qui in his aliquid infidiarum aut fraudis admiſerint, & de his qui ex aquarum impetu vicinos læſerint, & de publicorum vectigalium coactoribus, atque inſuper de donationibus tam indefinitis [ſeu ſimplicibus] quam in cogitationem mortis relatis leges ac jura ordinat. Rurſum autem quicquid de quacunque manumiſſione extat, vel de his, quæ ſuper ipſa agitantur cauſis, & hoc uni [27] traditum eſt libro. Amplius autem, & ea quæ de poſſeſſione, & per ipſam adquiſitione, & de cauſis eam introducentibus ſunt, in [28] unum ſepoſuimus tractatum [ſeu librum.] Et quidquid etiam de judiciariis extat ſententiis, & his qui in his aliqua contra ſeipſos confeſſi ſunt, & de bonorum ceſſione, & creditorum detentione, & venditione, & de bonorum ſeparatione & curatione, & ne quid patiantur creditores fraudis, & id in [29] unum ſimiliter collatum eſt librum. Sed & interdictorum modum non pluribus, quam [30] uni dedimus libro. Inde [31] autem & ad præſcriptiones [ſeu exceptiones] & in his ordinata tempora venimus. Et obligationum quidem, & actionum ſepoſuimus modos, & coëgimus omnem hanc partem, cui præſunt poſſeſſiones (ut dictum eſt) octo librorum numero deſcriptam, ſextam hanc partem totius voluminis ſeponentes. §. 8. Totius autem extrema pars, quæ & ſeptima [32] eſt totius tractationis, ſex librorum numero demandata eſt, incipiens quidem [33] a ſtipulationibus, procedens vero ad ea, quæ ſcripta ſunt de fidejuſſione, & debitorum numeratione, ſolutione & liberatione ipſorum, & de introductis ex Prætorum jurisdictione ſtipulationibus: quæ omnia duobus a nobis contracta ſunt libris: cum apud veteres nec dici poſſet, quot eſſent libri [ea de re.] Procedit & deinceps [34] ad delictorum narrationem: & omnia recenſet quæ ad majora delicta pertinent, quæ vocant privata, & item quæ ad ea quæ necdum ordinaria appellant, ſed ipſis extraordinariorum appellationem imponunt: deſcendit etiam & ad publica crimina quæ atrociſſima ſunt: & magnam ſibi advocant pœnam. Duo [35] autem & hic ſunt libri qui illa quidem, quæ ad delicta & crimina pertinent, complectuntur: quibus permixta ſunt, & ea quæ de reis criminum, qui ſe celare tamen conantur, ſcripta ſunt, & de eorum bonis, & de ea quæ infligitur condemnatis pœna, vel indulgentia. Initium autem nobis alterius rurſum [36] libri fit narratio de appellationibus, quæ communis eſt profecto ad reſcindendas tam pecuniarias [ſeu civiles] ſententias quam criminales. Quæcumque autem [37] de civibus [ſeu municipibus,] & de decurionibus, & muneribus, & publicis operibus, & nundinis, & redituum pollicitationibus, & variis cognitionibus [ſeu interrogationibus,] & publica deſcriptione, veteribus inventa ſunt, & quæcunque de verborum extant ſignificatione, & de his quæ pro regulis apud veteres dicta ſunt: hæc omnia in ſeſe recipit ultimus liber. Hujus igitur compoſitionis, cujus initium eſt a ſtipulationibus, hic liber eſt ſextus quidem, ſi ad proprium principium comparetur: ſed eſt quinquageſimus, ſi conferatur ad totam conſummationis perfectionem, [ſeu harmoniam.] §. 9. Quæ omnia compoſita ſunt, & elaborata peroptime, & ut noſtra juſtione dignum fuit, per [38] Tribonianum [39] illuſtriſſimum, necnon prudentiſſimum magiſtrum, & exquæſtorem noſtrorum palatiorum, & exconſulem, virum & in ipſis rerum experimentis, & in eloquentia, & in legibus ſcribendis ſatis ſpectatum, & qui nihil unquam noſtrarum juſtionum contempſit: necnon per alios [viros] qui ſub ipſo nobis hoc opus elaborarunt, id eſt Conſtantinum [40] magnificentiſſimum comitem ſacrarum largitionum, & antigraphariumſ [ſeu magiſtrum] ſacri ſcrinii, & ſacrorum libellorum & cognitionum imperialium, qui nobis bonam de ſe opinionem in omnibus præbuit: necnon Theophilum [41] magnificentiſſimum magiſtrum, & leges [ſeu jura] in regia hac urbe laudabiliter [42], & cum ſummis vigiliis, & ut magiſteria ſedulitate dignum eſt, docentem: & Dorotheum [43] magnificentiſſimum quæſtorem, & Doctorem in legum civitate deſignatum: dicimus autem verendam & ſplendidam Berytienſium metropolim, quem de ipſo optima opinio & gloria, & ad nos deduxit ipſum, & ut hujus operis participem facemus, hortata eſt: ſed & Anatolium [44] magnificentiſſimum magiſtrum, qui & ipſe apud Berytienſes ea quæ ex legibus [proficiſcuntur,] pulchre docet, vir ex tertia ſtirpe laudabili juris apud Phœnices interpretum deſcendens: (refert enim [genus] ad Leontium, & Eudoxium, homines in legibus optimæ memoriæ poſt Patricium inclytæ recordationis, *quæſtorium & anticenſorem, & Leontium glorioſiſſimum, expræfecto, & exconſule, atque Patricium ejus filios ſummæ admirationis viros) & Cratinum [45] magnificentiſſimum atque prudentiſſimum comitem ſacrarum largitionum, (& optimus quoque eſt is legum enarrator in regia hac urbe:) & præter hos etiam Stephanum, Mennam, Proſdocium, Eutolmium, Timotheum, Leonidem, Leontium, Platonem, Jacobum, Conſtantinum, Joannem, viros prudentiſſimos, qui univerſi Rhetores [46] quidem ſunt glorioſiſſimorum præfectorum ſacrorum noſtrorum Prætoriorum, gloriam autem ſeu laudem apud omnes prudentes juſte habent, & a nobis merito judicati ſunt digni, ut eligerentur tanti certaminis participes. Hæc igitur nobis circa Digeſtorum elaborata ſunt conſcriptionem per jam dictos glorioſiſſimos viros. §. 10. Tanta autem nobis reverentia antiquitatis fuit, ut neque mutari nomina veterum Juriſconſultorum ſuſtinuerimus, ſed uniuscujusque illorum appellationem legibus inſcriſimus, mutantes quidem, ſi quid jam habere viſum eſt non recte, partes vero illas nunc tollentes, has nunc addentes, ex multis denique optimum eligentes, & unam [47] [atque parem] [48] omnibus præbentes poteſtatis vim, [ſeu robur:] ita ut quicquid ſcriptum eſt in eo libro, id noſtra ſit ſententia: nemine audente comparare ea quæ nunc facta ſunt his quæ prius erant: quia multa & numeratu non facilia transpoſuimus in melius, etiamſi quid imperiali aliqua antiquorum imperatorum conſtitutione in aliam dictum fuerat formam. nam nomina quidem veteribus ſervavimus, legum autem veritatem noſtram fecimus. itaque ſi quid erat in illis ſeditioſum, (multa autem talia erant ibi repoſita) hoc deciſum eſt & definitum, & in perſpicuum finem deducta eſt quæque lex.

§. 11. Sed cum oportebat, & aliquam [49] mediocrem [50] iſagogem facere in eorum gratiam, qui recenter leges attingunt, nec majorem doctrinam portare poſſunt: neque hoc extra noſtram providentiam reliquimus, ſcilicet Triboniano glorioſiſſimo, qui & ad totius operis legitimi gubernationem electus eſt, necnon Theophilo, & Dorotheo magnificentiſſimis & prudentiſſimis anticenſoribus accerſitis mandavimus: ut ſeligerent ex his, quæ apud veteres erant iſagogam modo compoſita, ea, quæ eſſent aptiſſima, & in ipſis rerum argumentis obtinentia; utque colligerent, & nobis offerrent, & ut mentionem etiam facerent noſtrarum Conſtitutionum, quas pro emendatione veteris juris promulgavimus: & ita componerent libros quatuor futuros prima elementa totius iſagoges, quas vocari Inſtituta viſum eſt, quam ſane legitimi operis partem compoſitam nobis obtulerunt, & nos eam totam conſideratam a nobis, & perpenſam, recteque habere viſam noſtris ſenſibus non indignam eſſe judicavimus, & [51] pro noſtris haberi Conſtitutionibus, & noſtrarum Conſtitutionum robur habere juſſimus: quod & ex his, quæ in *proœmiis* ejusdem voluminis diſſeruimus, omnibus manifeſtum fecimus. §. 12. Sic itaque omni Romani juris diſpoſitione ordinata, & in tribus integris & voluminibus, & annis tanto opere perfecto: (quod nobis ab initio omnem ſpem excedere: circa finem autem, cum jam penetrabilem eſſe rem docuimus, ne

1 Tricies centena, §. 5. & antea. conſt. ad Antecessores. Trecenties decem millia verſuum. §. 1. verſ. ſed cum omnia. 3. conſt. ad ſenatum. Pandectarum ἴτυλον 2 Διαιρέσεις καὶ διατυπώσεις. 4 Prima pars Pandectarum. 5 Lib. 4. 6 Pars ſecunda de judiciis. 7 A 5. ad finem 11. 8 Pars tertia de rebus. 9 A 12. ad finem 19.
10 Pars quarta quæ & hypothecaria. 11 A 20. ad finem 27. 12 Lib. 20.
13 Lib. 21. 14 Propoſuerat tamen hunc ordinem ſequi, l. 2. in fin. ff. de ſtatu hominum. 15 L. 22. 16 L. 23. 24. 25. 17 L. 26. 27. 18 Pars quinta de teſtamentis. 19 L. 28. 29. 20 L. 30. 31. 32. 33. 34. 21 Trigeſimus quintus tamen liber initium non ducit a tractatu legis Falcidiæ, ſed a Titulo de cond. & demonſt.
22 l. 6. 36. 23 Cur in Codice potius, quam in Digeſtis caducorum mentionem fecit?
24 Pars ſexta. 25 L. 37. 38. 26 L. 39. 27 L. 40. 28 L. 41. 29 L. 42.
30 L. 43. 31 Lib. 44. 32 Pars ſeptima. 33 t. 6. Lib. 45. 46. 34 Lib. 47.
35 Lib. 47. 48. 36 Lib. 49. 37 Lib. 50. 38 Pandectarum compoſitores.
39 Tribonianus. 40 Conſtantinus. 41 Theophilus. 42 Anteceſſoris munus.
43 Dorotheus. 44 Anatolius. 45 Cratinus. 46 Ῥήτορες verterndum fuit advocati; nam apud Præfectum Pr. Illyrici advocatos 150. fuiſſe conſtat, l. 17. in pr. C. de adven. diverſ. judiciorum. ut & apud Præfect. Urb. 150. l. 8. l. 11. C. eod. ut apud Præſidem Syriæ 30. l. 5. C. de adven. diverſ. jud. 2. apud Præſeſes urb. 80. l. 7. in pr. C. eod. 47 Vid. §. cumque. in fin. §. conſt. ad Trib. 48 De autoritate Juriſprudentum. 49 De Inſtitutionibus compoſitis. 50 Inſtitutionum uſus. Inſtitutiones, μυεῖν εἰσαγωγῇ, ut hic, prima elementa legitimæ ſcientiæ, proœm. Inſt. §. 4. prima legum argumenta, prima fundamenta atque elementa. §. 11. verſ. & ideo Triboniano. §. conſtit. ad Senat. & omn. popul. 51 Paulo aliter Theophilus, §. pen. proœm. Inſtit. ἐπίγνω δὲ αὐτοὺς διατάξει τῶν ἰσχὺν φιλοτιμησάμενοι.

in

in decem quidem annis totum abſolvi poſſe videbatur) tanta ergo trium [1] annorum celeritate conſummato opere, & hac opera Domino Deo oblata, qui dedit & pacem agere, & bella feliciter dirigere, & leges ponere prætorito, præſenti, & futuro tempori: juſtum eſſe putavimus, omnibus hominibus facere manifeſtum noſtrum in his rebus ſtudium ſimul & providentiam: quomodo nempe priore ſoluti perturbatione, & confuſione, & nullum finem habente juris poſitione, uſuri ſint poſthac legibus rectis, compendioſis, & omnibus ad manum promptis, & litium compendium adferentibus, & paratis, atque expoſitis omnibus [volentibus] ad [2] facilem adquiſitionem, nec amplius egentibus multis pecuniis, ut illorum inutiliſum librorum congerant multitudinem: ſed viliſſima pecunia, tam ditioribus, quam ex tenuiore profectis patrimonio, copiam ſui comparandi præbentibus. §. 13. Si quid autem ex multitudine ea, quæ nunc congeſta eſt, & ex tantis myriadibus collecta, videbitur eſſe ſimile [& geminatum [3],] (hoc autem putamus rarum eſſe) attamen humanæ naturæ [imbecillitatem] conſiderantibus, non extra juſtam apologiam ne hoc quidem videbitur eſſe: in nullo enim aberrare, [ſeu in omnibus inreprehenſibilem ſeu inemendabilem eſſe,] divinæ utique ſolius, non autem mortalis eſt conſtantiæ, [ſeu roboris,] quemadmodum & a majoribus dictum eſt: deinde eſt, ubi & ſimilium adſumpſimus poſitionem: vel rebus ſubjectis id exigentibus, ut oporteret idem pluribus applicari titulis: vel quia cum extraneo loco eſſet commixtum id, quod ſimile ſuperiori videbatur, impoſſibile fuit eam ſimilitudinem detrahi: vel etiam quia ſæpe cuſtodienda fuit integra totius theoriæ [4] [ſeu viſionis] continentia, nec [ſeparanda, aut] divellenda mens & intellectus [legentium] per eorum, quæ jam ſcripta fuerant, ademptionem, quin & hoc ſicubi adſumptum eſt propter rei neceſſitatem: tamen id breve eſt, nec ullum fere ſui ſenſum præbens. §. 14. Hoc etiam ipſum, & in Conſtitutionibus jam inter imperiales Conſtitutiones relatis, & jure, quod ex his refultat, obſervavimus: nam quæ in illis jam cauta erant, ea nec in hoc volumine poni conceſſimus, niſi ob aliquam interdum circumſtantiam ſimilitudinis aliqua cauſa relicta eſt. §. 15. Contrariam [5] autem aliis legibus legem ex his, quæ in hoc volumine poſitæ ſunt, non facile quis repererit, ſi modo ad omnes contrarietatis fines animum intendere feſtinet. ſed [6] ineſt aliquid diverſum: quod adſumptum alterius generis forte hanc & illam legis poſitionem apparere faciat.

§. 16. Sed & ſi quid forte prætermiſſum [7] eſt eorum, quæ poni debebant, (forte enim & aliquid tale contigit propter humanæ imbecillitatem naturæ) multo ſane melius eſt noſtris ſubditis multis inutilibus liberari [legibus] dum privantur forte paucis quibusdam, quæ videbantur idonea, myriadibus prope infinitis deſoſſa & depoſita, & nemini forte mortalium animadverſa. §. 17. Hanc enim ob cauſam tot libris [8] (quos antea ſcribi oportebat,) deſtituti judices, facilius ex paucifſimis juris auctoribus, & libris ad finem litium perveniebant, & judicia decidebant, vel propter inopiam librorum, vel quia non ſufficiebant multis laboribus ad invenienda multa utilia neceſſariis, & viribus erant impares. In præſenti autem conſummatione maximus legum obtinentium congeſtus eſt numerus ex libris raris, & qui vix inveniri potuerint, & quorum nec nomina nec eruditiſſimi quidem in legibus complures homines noverant. Quorum ſane copiam [ſeu materiam] nobis uberrimam dictus glorioſiſſimus Tribonianus præbuit, multorum librorum, & qui vix numerari poſſunt, ſuppeditata multitudine: quibus omnibus perfecte lectis, congeſta ſunt hæc volumina; ſed ex horum multis & variis hi, qui a nobis ad hoc congregati erant, cum nihil inveniſſent idoneum, aut novum ab his quæ jam congregata erant, illationem ex his in hoc opere faciendam optimo animo reſpuerunt.

§. 18. Si vero poſtea aliquid novi [9] controvertetur, quod non apparebit legibus his inſcriptum: (*multa [10] enim novare novit natura) ſed Imperium Deus propter hoc impoſuit hominibus, ut emergentia & legis egentia lege definiat, & humanæ naturæ incertum repleat, & certis concludat legibus ac regulis: neque hoc noſtrum nunc dicimus: ſed jam omnium juris conditorum, qui olim claruerunt, prudentiſſimus Julianus hoc ipſum videtur dixiſſe, qui & ab imperiali auctoritate implorat fieri legum repletionem in emergentibus ambiguitatibus & quæſtionibus: ſed & D. Adrianus piæ memoriæ; quando ea, quæ a prætoribus quotannis edicta fuerant, brevi complexus eſt libello, adſumpto ad id optimo Juliano; in oratione, quam in commune habuit in ſeniore Roma, hoc ipſum quoque ait: ut, ſi quid præter id, quod jam ordinatum eſt, emerſerit: conveniens eſt, eos qui in Magiſtratu ſunt, illud conari decidere, & remedium imponere ſecundum eorum, quæ jam ordinata ſunt, conſequentiam [imitationem.] §. 19. Hæc igitur omnes (dicimus autem vos, magni Senatus & omnes noſtræ reipublicæ homines) cognoſcentes, gratiam quidem confiteremini Deo, qui noſtris temporibus tantum bonum ſervavit: utimini vero noſtris legibus; nulli [11] earum, quæ veteribus libris inſcriptæ ſunt, attendentes; neque ad ea quæ nunc poſita ſunt, illas comparantes, quia eſt viderentur quædam invicem non conſonare, tamen prius [12] illud & veteſtius nobis ut imperfectum diſpliciuit, nunc autem hoc viſum eſt debere obtinere. Nam prohibemus, illis in poſterum uti: hæc autem ſola obſervari in republica, & obtinere concedimus & fancimus: ita ut qui conatus fuerit ex prioribus libris, & non ex his duobus ſolis, & Conſtitutionum [libro] a nobis compoſitis, vel factis, uti quibusdam legibus vel eas in judiciis legere, vel ſi quis judicaverit ex his, apud ſe recitari eas paſſus: falſi [13] reus erit, & publicorum criminum judicatus, & pœnæ addictus: quod etſi non diceremus, vel ex hoc ipſo manifeſtum eſſet. §. 20. Sed & hoc optimum fore judicavimus, præponere Digeſtorum volumini, & veteres juris conditores, & illorum volumina [14], & unde collectio facta ſit legum nunc a nobis congeſtarum: quod & fieri juſſimus: & factum eſt: & ſimul ea, quæ de his rebus conſcripta ſunt, ſupponi huic divinæ noſtræ Conſtitutioni præcepimus: ut omnibus fiat manifeſtum, & quid prioris inexperientiæ ſimul, & incertitudinis eſſet, & quid a nobis ſit adinventum. Legislatores autem ſeu legum interpretes illos congeſſimus, qui apud omnes probati & recepti erant, & prioribus Imperatoribus placuerant, & qui ab his nominari meruerunt. Si enim aliquis nondum veteribus Legislatoribus cognitus eſt: nos & huic interdiximus hujus voluminis communicationem. Omnibus ſane his poſitis unum ordinem & dignitatem parem dedimus: nulli cuipiam majore, quam cæteris, data prærogativa. Si enim his, quæ ab illis ſcripta ſunt omnibus imperialium Conſtitutionum [14] dedimus robur: quid eſt, quod in his amplius, quodque minus haberi debeat? §. 21. Illud autem quod ſtatim, cum hanc compoſitionem legum congregari mandaremus, juſſimus: iterum & nunc fancimus illud confirmando: omnibus ſimiliter interdicimus, ne quis audeat hominum qui ſunt nunc, aut in poſterum erunt, commentarios [16] ſcribere harum legum: præterquam ſi velit quis in Græcam linguam hæc transferre, quem etiam volumus ſola ſecundum pedem ſeu κατὰ [17] πόδα nuncupata uti legum interpretatione: & ſi quid ſecundum nominatorum paratitlorum (ut conveniens eſt) adſcribere voluerint uſum: aliud autem nihil omnino ne tantillum quidem circa ea facere, nec rurſum dare ſedictionis, & dubitationis, aut infinitæ multitudinis legibus occaſionem: id [18] quod antea in antiqui edicti factum eſt ordinatione: ita ut illud breviſſimum conſtitutum ex differentium commentariorum differentia ſeu diverſitate in infinitam extenderetur multitudinem. Si quid enim forte ambiguum fuerit viſum, vel litium certatoribus, vel his qui rebus judicandis præſunt: hoc Imperator interpretabitur recte: nam hæc facultas illi ſoli [19] a legibus permiſſa eſt. Itaque quisquis auſus fuerit ad hanc noſtram legum compoſitionem commentarium aliquod adjicere, aliter atque noſtræ hujus juſſionis forma præſcribit: is ſciat, quod & ipſi falſi reo legibus futuro, & quod compoſuerit, eripietur, & modis omnibus corrumpetur.

§. 22. Eadem pœna impoſita & adverſus eos, qui notis [20] (ſeu ſignis) quibusdam in ſcriptura utentur, (quæ ſigna ſinglas [21] vocant) & qui per ea conturbare ſcripturam tentaverint, nec per totam conſequentiam litterarum numeros, & nomina veterum prudentum, & totam legum poſitionem ſcripſerint. Sciant etiam librorum ita ſcriptorum comparatores ſe inutilis fore libri dominos: neque enim damus licentiam talibus libris in judiciis uti, & aliquid agere: etiamſi contingat librum in ea ipſa parte quæ recitatur, nullum habere tale ſignum [aut notam] ſed in alia quacunque ſui parte, quamvis ſemel tantum id admiſſum ſit. Itaque ipſe quidem eum librum pro non ſcripto prorſus habebit. Is autem, qui eum ſcripſerit, & ignoranti emptori dederit: duplum ſolvet ejus æſtimationis ei, qui ita in quantitate damnum paſſus fuerit, nihilominus infligenda criminali [22] pœna. Hoc etenim, & in aliis conſtitutionibus ea de re poſitis ſcripſimus, tam his quæ Latina proceſſerunt voce, quam ea quæ Græcorum lingua, quam quidem ad legum profeſſores reſcripſimus. §. 23. Hæc igitur volumina (Inſtitutorum & Digeſtorum dicimus) ex fine tertii noſtri feliciſſimi conſulatus ſuum robur obtinere ſancimus, id eſt, ex ante tertium Kalendarum Januariarum præſentis duodecimæ Indictionis, in omne ævum valitura, & una cum imperialibus Conſtitutionibus vigorem, & locum habitura tam in his quæ poſtea [23] emerſerint, quam in his quæ in judiciis adhuc pendent, necdum amicalibus tradita ſunt transactionibus: * quodcunque enim hactenus, vel judicatum vel transactum eſt, retractari non ſuſtinemus. Quem quidem conſulatum tertium nobis nominatiſſimum dedit Deus: quando & ſub ipſo [24] pax cum Perſis confirmata eſt, & hoc tantum legum volumen repoſitum eſt: quod a nemine majorum unquam excogitatum fuit: atque ad hæc tertia pars mundi (dicimus autem totam [25] Libyam) noſtris adjuncta eſt ſceptris: omnia hæc a ſummo Deo & Servatore noſtro Jeſu Chriſto dona tertio noſtro conſulatu indulta. §. 24. Omnes itaque laudatiſſimi noſtræ Reipublicæ Magiſtratus divinam hanc noſtram ſuſcipientes conſtitutionem, ut utantur prædictis noſtris legibus, unusquisque in ſuo procurabit judicio. Præponet autem eam in maxima & regia hac urbe, & ejus glorioſiſſimus Præfectus. Curæ autem erit excellentiſſimo & laudatiſſimo noſtro magiſtro, & glorioſiſſimis atque beatiſſimis præfectis ſacrorum noſtrorum Prætoriorum; tam in his quæ ad ſolem orientem; quam his quæ in Illyride: necnon his etiam quæ in Libya ſunt; per ſua edicta his qui ſub ipſis ordinati ſunt, iſta facere manifeſta, ad omnium noſtrorum ſubditorum inexcuſabilem notitiam. Data 17. Kal. Jan. Domino noſtro JUSTINIANO perpetuo Auguſto III. CONS. 533.

TIT. XVIII.

DE JURIS [26] ET FACTI IGNORANTIÂ.

De militte.

1. Imp. ANTONINUS A. Maximo Militi [27].

QUamvis, cum cauſam tuam ageres [28], ignorantia [29] juris propter ſimplicitatem [30] armatæ [31] militiæ allegationes [32] competentes

1 De triennio ſilici Justin. 2 §. 13. 3. conſt. ad Senatum, & omnes populos. 3 De ſimilibus. 4 Viſiones. §. 14. 3. conſt. proœ. 5 De Antinomiis. 6 Vid. §. 15. conſt. ad Senatum. Sed Goveanus legem §. in pr. ff. de Juriſd. cum lege 32. in pr. ff. ad l. Aquil. non poteſt aliter conciliare, quam ſi dicat in d. l. 9. aliter vel male ſcriptum fuiſſe.
7 De prætermiſſis. 8 De libris veterum Juriſconſultorum. 9 De novis ac futuris quæſtionibus, & conſtitutionibus. 10 Novelle 7. c. 2. 11 De abrogatis veterum Imperatorum legibus. 12 Vid. §. 19. 3. conſt. ad Senatum. 13 Arg. l. ult. ff. ad leg. Corn. de falſis. 14 Quanam volumina a veteribus Juriſperitis compoſita. 15 Ut §. 11. 3. h. t. 16 Quales legum commentarios eſſe oporteat. §. 21. 3. conſt. proœ.
17 Κατὰ πόδα videtur idem ſignificare hoc loco quod πεζιζθεσικῶς. 18 Quod vitium videtur Cujus ſummo ſtudio fugere velle. l. 1. ff. de orig. jur. 19 Imo & Senatui, l. 9. ff. de legib. & ſubditis atque judicibus, l. 12. l. 13. l. 37. 38. ff. de legib. & epiſcopis, l. 6. Cod. de Sacroſ. eccleſ. & populo, l. 9. circa pr. ff. de inſtitia & jure. 20 Libros legum notis non eſſe deſcribendos. 21 Vid. §. 8. conſt. ad Anteceſſores. 22 Falſi, §. 22. 3. conſt. ad Senatum. 23 Vid. l. 7. C. de legib. 24 Procopius, de bello Perſico.
25 Procopius de bello Vandalico.
26 Lib. 22. D. 6. νόμοι, 3. Syn. Baſil. 4. 1. Harmenopul. 1. c. περὶ ἀγνοίας νόμου &c.

Legis vocabulo intellige conſtitutiones Principum, Senatusconſulta, reſponſa prudentum & ſimilia. Goto. Extant ad hunc titulum commentarii nefcio cujus Antonii Menſii. præter quem vide & Conſtantium Landum enarrationem in titul. de juſtit. & jur. cap. 4. & 7. quod autem mox dicetur ignorantiam juris non excuſare: verum eſt, niſi dubium aliquod juris probabile incideritſ: hic enim talis error, de quo probabiliter & non ſine cauſa dubitatur, æquiparatur errori facti, quatenus videantur Franc. de Aret. in l. qui in rerum. §. fin. de leg. 1. & Felinus in cap. nam concupiſcentiam. 2. extum. de conſtitut. Mod. 27 Idem dicendum in ruſtico, ſi non potuit conſulere peritiores. l. 9. §. 3. D. h. t. Goth. Scriptir ad hanc legem Corafius: præter quem vide etiam Mercerium lib. 2. epiſt. c. 10. Mod.
28 Agit etiam, qui excipit. l. 1. D. de except. vid. Olivecid. de jure ſingulari, c. 11. n. 2.
29 Pro milite hæc tria faciunt, quod niſi exceptionem omiſerit, quod certet de dolo evitando, quod reus ſit. Duo contra faciunt, res judicata & juris ignorantia. 30 Id eſt ignorantiam, qua deſtituitur, ſi peritiores conſuluit, aut ſi ipſe peritus juris haberur. Bald. hic, vid. l. 3. ff. de teſtam. milit. 31 Non idem in militia togata, vix eſt enim, ut in advocato juris ignorantia excuſetur. vid. l. 11. §. 1. D. de advoc. diverſ. judicior. 32 Puta exceptionem peremptoriam, veluti doli, rei judicatæ, pacti de non petendo; §. 9. Inſtit. de except. quod eſt contra jus commune l. 2. ff. ſentent. reſcind. non poſſe.

omiſeris:

omiseris : tamen si [1] nondum satisfecisti, permitto [2] tibi, si cœperis ex sententia conveniri, defensionibus tuis [3] uti. Dat. 7. Kalend. Maji, duobus ASPERIS CONSS. 213.

De renunciatione hereditatis.

2. Imp. GORDIANUS A. Juvenali.

CUm ignorantia [4] juris facile excusari non possis, si major [5] annis [vigintiquinque] hereditati matris tuæ renunciasti, sera [6] prece subveniri tibi desideras. Dat. 13. Kal. Maji, ARIANO & PAPO CONSS. 244.

De bonorum possessione omissa.

3. Imp. PHILIPPUS A. Marcellæ.

SI [7] emancipata [8] a patre, intra annum bonorum possessionem petere cessasti [9]: prætendere juris ignorantiam nullis rationibus potes. Dat. 16. Kal. Jul. PEREGRINO & ÆMILIANO CONSS. 245.

De divisione & testamenti vitio.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIMIANUS AA. Julianæ.

SI post divisionem [10] factam, testamenti vitium in lucem emerserit: ex his quæ per ignorantiam confecta sunt, præjudicium tibi non comparabitur. Oftende [11] igitur hoc apud Correctorem [12] Virum Clarissimum amicum [13] nostrum, testamentum, vel fide veri [14] deficere, vel juris [15] ratione stare non posse: ut infirmata scriptura, quæ testamenti [16] vice prolata est, solidam successionem obtineas. Dat. 8. Id. Jul. DIOCLETIANO IV. & MAXIMIANO III. AA. CONSS. 290.

De falsa responsione.

5. Iidem AA. & CONSTANTINUS & MAXIMIAN. Nobilissimi Cæss. Martiali.

CUm falsa [17] demonstratione mutari substantia veritatis minime possit: respondendo [18] id, quod paternum erat, *ex maternis esse bonis*, nihil [19] egisti. Dat. Prid. Kal. Jan. DIOCLETIANO V. & MAXIMIANO IV. AA. CONSS. 293.

De promissione indebiti pro parte.

6. Iidem AA. & CC. Tauro & Pollioni.

SI non transactionis [20] causa, sed indebitam, errore facti, olei materiam [21] vos Archantico stipulanti spopondisse [22] Rector provinciæ animadverterit, reddito [23] quod debetis, residui [24] liberationem condicentes audiet. Dat. 5. Kal. Maji, CC. CONSS. 294.

De causa decisa vel non.

7. Iidem AA. & CC. Zoæ.

ERror [25] facti [26], necdum [27] finito [28] negotio, nemini nocet: Nam causa decisa velamento tali [29] non instauratur [30]. Dat. 6. Non. Jul. CC. III. CONSS. 300.

De testamentis.

8. Iidem AA. & CC. Dionysiæ.

CUm testamentum nullo jure [31] constiterit: ex ejus qui ab intestato successit, professione [32] sola, veluti ex testamento libertos per errorem profitentis, orcini [33] vel proprii [34] liberti, si non ipsius accessit judicium (cum errantis [35] voluntas nulla sit) effici non potuerunt. Dat. 5. Kalend. Septemb. CC. IV. CONSS. 302.

De liberali causa.

9. Iidem AA. & CC. Cajo & Anthemio.

NOn idcirco minus, quod a vobis veluti [36] a liberis debitam accepisse pecuniam Sanius dicitur (cum nullus [37] sit errantis consensus) movere status quæstionem prohibentur ejus heredes. Dat. 6. Id. Decemb. CC. V. CONSS. 305.

1 Exceptio, quæ non excluditur per sententiam; excluditur per executionem sententiæ. 2 Vid. Sozin. *reg.* 132. 3 Id est, allegare juris ignorantiam. *Gothofr.* Vid. A. Padill. Duaren. & Coras. *hic.* Mercer. *lib.* 2. *opin. cap.* 10. Vigl. *de militar. test.* §. *illis autem, num.* 3. Everhard. *consil.* 2. Aut. 4 Tria faciunt contra Juvenalem (de quo hac lege) quod major renunciaverit; quod jus ignoraverit; quod de lucro certet. 5 Minori vigintiquinque annis juris ignorantia prodesit. vid. *l.* 2. *D. h. t.* 6 Serx non sunt preces, quæ fiunt intra annum. *l.* 6. *in fin. D. ad SC. Tertyll.* quo jure? non tritio, fed ex æquo & bono. Baldi *hic.* 7 Tria quoque hic Maxiscta obtinent, quod major intra tempus non petierit, quod de lucro certet, quod jus ignoret. 8 Aliud in non emancipata, quia tunc intra triennium, vid. *l. ult. J. de regud. vel abstin. hered.* 9 Cessatio annua petendæ bonorum possessionis commissa ab emancipato tacitam renunciationem induxit. 10 Adversus erroneam divisionem datur restitutio errorem probanti. *Gath.* Quando errorem intervenisse allegatur, eo detecto, judex veritatem sequi debet. *l.* 67. §. 3. *ff. de condicit. indeb. l.* 29. *in fin. ff. de probat.* Pinell. *ad l.* 2. *Cod. de rescind. vend. part.* 3. *cap.* 3. *num.* 32. An *l.* 2. *Cod. de rescind. vend.* Id. cum habeat in divisione bonorum, vid. Cujcar. Roderic. *de redit. ann. lib.* 1. *quæst.* 11. *num.* 33. Anton. Merend. *contr. jur. lib.* 1. *cap.* 37. Anf. 11 Præsumitur pro scriptura testamenti. Præterea negationem adfirmanti ad scripturam impugnandam, incumbit omis probationis. 12 Rectorem. 13 Hinc illa forte Gallorum regis clausula ad judices, *a nostre amé & feal.* 14 Probata rei veritate facti error offendit. 15 Alias testamentum præsumitur solenne. 16 Id est, quæ pro testamento. 17 *l.* 9. *J. h. t. l.* 15. *J. de liberal. caus.* Rerum veritatem gestorum; (ita legit Hotomanus non *generum*, 15. *illustr. fol.* 169.) error non vitiat, *l.* 6. §. 1. *D. de off. præsid.* adde Cujac. 12. *obs.* 19. 18 Responso quæ justa causa definitivum, non officit respondenti. vel ita: Qui falsam qualitatem rei per errorem attribuit, sibi non nocet. 19 Hinc Molinæus *de usur. num.* 269. Simplex recognitio in feudum vel emphyteusim, licet non semper dispondat, tamen inducit probationem: non tantum quod illum actum vel præteritam solutionem, sed etiam in futurum, donec contrarium probetur. 20 Secus si non animo transigendi, *l.* 2. *J. de cond. indeb.* 21 Id est, quantitatem. 22 Spontio per errorem facta ponendi non officit. 23 Soluto, *ut in l. ult. J. ne fiscus vel Respublic. procur.* 24 Quatenus errarum est in promittendo, eatenus promissio revocari potest, adde *l.* 7. §. *D. de leg.* 2. *l.* 14. *in fin. D. ad SC. Trebell. l.* 21. *ff. de verb. oblig.* 25 Adde *l.* 9. *J. de leg. Falc.* 26 Demous minorem absque tutore in judicio delitum aliquod confessium esse, potestne adversus confessionem ante latam sententiam restitui? posse ait Rolandus a Valle 1. *consil.* 51. *num.* 39. 27 Finitur vero per transactionem, *l.* 6. 8. *h. t.* & rem judicatam & ejus executionem, *l.* 1. *supr. h. t.* 28 Error facti negotiis decisis non prodesit. *Syn. Basil.* 2. *tit.* 6. *c.* 16. 29 Id est, erroris. 30 Ad hunc locum monent Doct. quod in revocatione erroneæ confessionis five proprie five procuratorum necesse est probare errorem: quod in revocatione confessionis erroneæ advocati aliter se habet: *v. cap. fin. de confess. & c. cum causam. de probat.* ubi idem dicit etiam Hostiens. tu confule & Rosium *in tit. de confess. n.* 60. & *seq.* Mod. 31 Utpote destitutum solennibus. 32 Qui profitetur Titium testamento manumissum, victur testamentum agnoscere. Id ita est, si testamentum alias solenne fuit. Alias talis professio, ea, quæ testamento desunt, non supplet.

33 Orcini liberti defuncti: proprii vero heredis. 34 Id est, per errorem confitentis. 35 Vid. *l.* 9. *J. h. t. l.* 15. *ff. de jurisdict.* 36 Qui velut a liberis pecuniam accepit, liberos quidem fatetur: si tamen vere non fuit liberi, movere eis status quæstionem potest, nocet ei tamen tantisper confessio, donec constet de errore. Molinæus *de usur. quæst.* 20. *num.* 209. 37 *l.* 8. §. *h. t. l.* un. *J. de error calculi, l.* 2. *J. de error advoc. l.* 13. *J. de prob.* §. 35. *in pr. Inst. de act. l.* 37. *ff. de auto. argent. l.* 7. *ff. de obl. & act. l.* 116. §. 2. *ff. de reg. jur.* 38 Non minor tamen, *l.* 29. *ff. de condict. indeb.* non mulier. vid. *l.* 13. *J. h. t.* 39 Imo non cessat. *l.* 54. *ff. de condict. indeb.* Id ejus dicendum eam legem loqui non tam de solutione facta errore juris, quam ex causa ipsi jure nulla, vel quæ effectum non habuit, quo tamen posito adhuc obstabunt huic legi nostræ *l.* 7. *C. l.* 8. *J. hoc tit.* ubi respondendum, illas cum generales sint, accipi debere in alia specie quam in conditione indebiti, de qua agitur in hac lege, ad quam vide Corasium cum explicantem plurib. Joan. Robertum *lib.* 1. *Sentent. jur. c.* 6. 7. & 8. & Vitalem *variar. lect. l.* 2. *c.* 22. Mod. 40 *l.* 3. *C. Th. de sponsalib. & ante nuptias donat.* 41 Ut si id accepto latum, aliud in damno. *l.* 9. *supr. h. t. l.* 7. 8. *ff. h. t. l.* 6. *J. qui admitti, l.* 110. *in fin. ff. de reg. jur.* vid. Cujac. 14. *observ.* 39. 42 De mutioribus vigintiquinque annis fallitur. 43 Id est, contra minorem. 44 Vid. *C. Theod.* 45 *Synopf. h. t. d. c.* 21. 1. Har. 1. §. 54. *l.* 2. *C. Th. de confist. Primpum, lib.* 1. 46 Legum ignorantia non excusat, *l.* 9. *supr. de legib.* præsertim in delictis. vid. Clar. §. *sentent.* 9. *uli.* §. 60. 47 *l.* 11. *supr. h. t.* 48 Aliud in lucto, *d. l.* 11.

49 2. *Synopf. Basilic. c.* περὶ αἰτήσεων βασιλεῖ προσφερομένων, ἢ περὶ τῶν αἰτουμένων ἀρχεῖν ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐπαρχίᾳ. De precibus Imperatori offerendis, & de iis, qui administrationem in sua provincia petunt; eas solent subjequi rescripta, subscriptiones, adnotationes. 50 Est hodie *l.* 6. *infr. h. t.* 51 Indicanda, Cujac. 13. *observ.* 22. & ita legendum esse ait *in l.* 1. *infr. pro quibus causis servi.* adde *l.* 3. §. 13. & 14. *D. de SC. Silaniano, l.* 4. *in princ. ff. de bon. libert. l.* 197. *ff. de verb. sign.* 52 De annotation. vid. Duar. 1. *disp.* 5. 53 PP. P. C. *Th.* 54 *l.* 3. *C. Theod. de diversf. rescript. h. t.* 55 Moratoria præscriptio, dilatoria exceptio. Paponius hanc legem refert ad litteras, quas Galli vocant *lettres de souffrance.* 3. *not.* 7. *t. de lettres de souffrance.* Ibi, *si le Roy peut, & quand par les lettres de souffrance arrêter la saisie de seigneurs feodaux.* An moratoria exceptionis vocabulo intelligere hic etiam possumus indutias biennii aut quinquennii, quæ soleunt tribui egenis debitoribus, quarum fit mentio in *l.* 4. *J. h. t.* Cujac. 2. *obs.* 10. negat: qui hoc verbo *moratoria*, intelligit pacti conventi exceptionem: puta ne intra quinquennium petatur: cui opponitur peremptoria, ne unquam petatur. Prior creditori a Principe reconvenit potest, posterior non potest. Cujac. *ibid.* Goth. vid. Marc. Anton. Euch. *de morator. præscr.* & Gloss. *ibi.* Ant. 56 *Al.* petitur. 57 Omnis illegitima rejicitur exceptio. 2. *Synopf. Basil.* 6. c. 9. 1. Harm. 1. §. 40. 58 *Nov. C. Th.* 59 Nemo quid sibi vel juri damnosum potest, *Syn. Basil. h. t.* 6. περὶ αἰτήσεων &c. 60 Vid. *l.* ult. *J. si contra jus vel utilit.* vid. Old. c. 9. *except. n.* 3. *ad* 25. q. 2. *can. nec damnosa.* 14. 61 *l.* 6. *in pr. J. de oper. public.* Goth. Facit *cap.* 14. *eius.* 25. q. 2. Ani.

Universa

UNiversa [1] rescripta, quæ in debitorum [2] causis super præstandis dilationibus [3] promulgantur; non aliter valeant, nisi [4] fidejussio idonea super debiti solutione præbeatur. Dat. 8. [5] Kal. Mart. *Constantinop.* ANTONIO & SYAGRIO CONSS. 382.

De sententiis præfectorum prætorio.

5. Impp. VALENTIN. & VALENS AA. ad Volusianum P. P.

SI quis adversus Præfectorum Prætorio sententias duxerit supplicandum [6], victusque defuerit [7]: nullam habebit licentiam iterum [8] super eadem causa supplicandi. Dat. 15. Kalend. Octob. *Romæ*, VALENTINIANO & VALENTE AA. CONSS. 365.

In AUTHENT. Ut sponsal. larg. §. aliud. collat. 9. tit. 2. seu Novell. 119. cap. 5.

Quæ supplicatio gloriosissimis Præfectis, vel eorum consiliariis, vel causas introducentibus intra decem dies post sententiam offerenda est. Quo subsecuto, sententia non aliter executioni mandabitur, nisi victrix pars dignam fidejussionem præbuerit tantum restituendi cum legitimis augmentis, quantum fuerit in condemnatione, si legitima retractatione sententia resolvatur. Nisi sub hac forma supplicatio porrigatur: executio causæ sine fidejussione procedet: retractationis jure illi servando, qui se gravatum putaverit, ut intra biennium [10] supplicare possit imperatori.

De eo, per quem preces offeruntur.

6. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Isidoro P. P. [11].

UNiversis simul hanc observantiam remittimus: ut a quocunque liberæ conditionis constituto, vel servo [12] supplicante impetratum fuerit rescriptum, minime requiratur, per quem [13] preces oblatæ sint. Dat. 3. Id. Nov. THEOD. A. VII. & PALLADIO CONSS. 416.

De contrariis Juri.

7. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. ad Senatum.

REscripta [14] contra [15] jus elicita [16], ab omnibus judicibus refutari [17] præcipimus: nisi forte sit aliquid, quod non [18] lædat alium, & Id. Novemb. *Ravennæ*, THEODOSIO XII. & VALENTINIANO II. AA. CONSS. 426.

De instrumentis. Superflua non debent inseri supplicationi.

8. Iidem AA. Florentio P. P.

INstrumentorum exempla non [22] prosit precibus adjunxisse: sed necesse sit eorum in supplicatione vim [23] exprimi, ut responsuro Principi vera precatio rem aperiat cognoscendam: [his] folis (cum necessitas exegerit) verbis precibus inferendis, quorum de sensu inter partes ita dubitari contigerit, ut etiam merito nostrum expectetur judicium. Dat. 6. Kal. April. *Constantin.* FLORENTIO & DIONYSIO CONSS. 429.

TIT. XX.

QUANDO [24] LIBELLUS [25] PRINCIPI DATUS LITIS CONTESTATIONEM FACIAT [26].

Rescriptum Principis non solum habetur pro libello, sed pro contestat. lit. & transit ad heredem. Bald.

1. Impp. ARCADIUS & HONORIUS AA. Remigio P. P. [27].

DUbium [28] non est, contestationem [litis] [29] intelligi [30], etiam si nostræ [31] fuerint tranquillitati preces [32] oblatæ: easque adversus heredem quoque ejus, in quem porrectæ sunt, vel ab herede ejus, qui meruerit, exerceri. Dat. 3. Kal. April. CP. ARCADIO IV. & HONORIO AA. III. CONSS. 396.

2. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

TEmporales [33] actiones, quæ per oblationem precum & ad eas rescriptionem perpetuantur, definire necessarium esse duximus, ne quis putet ad alias etiam, quæ certis taxantur temporibus, hoc pertinere. Sciant igitur omnes, eas tantummodo per oblationem precum, & ad [34] eas rescripta perpetuari, quæ a Prætore constitutæ annali tempore coartatæ sunt. Dat. Kal. April. *Constantinop.* DECIO V. C. CONS. 529.

TIT. XXI.

UT LITE PENDENTE [35], VEL POST PROVOCATIONEM, AUT DEFINITIVAM SENTENTIAM, NULLI LICEAT IMPERATORI SUPPLICARE.

De sententia non retractanda.

1. Imp. ALEXANDER A. Caperio.

LIcet postquam supplicasti, prius [36] quam rescriptum impetrares, Præses provinciæ vir clarissimus pronunciaverit: cum tamen a sententia non provocaveris, rescriptum quod postea [37] secutum esse suggeris, ad retrahenda ea quæ decreto terminata sunt, non patrocinatur. Dat. Kal. Mart. LUPO & MAXIMO CONSS. 233.

De causa pendente vel terminata.

2. Imp. CONSTANTIN. A. Probiano suo salutem.

SUpplicare [38], causa pendente non licet, nisi [39] vel actorum [40] communium vel pronunciationis editio denegetur. Qui autem terminatam [41] rescripto, vel consultatione quæstionem, exquisito suffragio, refricare conabitur: in [42] omnem litis æstimationem adversario suo protinus condemnetur: omni venia deneganda, si quis contra hæc supplicare tentaverit. Dat. Id. August. *Arelate*: PP. Id. Octob. *Thebeste*, SABINO & RUFFINO CONSS. 316.

De provocatione omissa.

3. Idem A. ad universos Provinciales.

QUi [43] licitam provocationem omiserit [44], perpetuo silere debebit: nec a nobis impudens petere per supplicationem auxilium: Quod si fecerit, defideria suo carebit, & ignominiæ [45] pœna notabitur. Dat. Kalend. August. PP. Kal. Sept. BASSO & ABLABIO CONSS. 331.

TIT. XXII.

SI CONTRA JUS [46] VEL UTILITATEM PUBLICAM, VEL PER MENDACIUM FUERIT ALIQUID POSTULATUM VEL IMPETRATUM.

De omissione.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Gregorio.

NOn idcirco minus is, cui ex nostro rescripto cognitio delata est [47], judicare potest, quod ex gestis quædam [48] in precibus omissa proponis. Dat. 5. Non. Maji, DIOCLETIANO IV. & MAXIMIANO III. AA. CONSS. 290.

De mendacio.

2. Iidem AA. & CONSTANTIUS & MAXIM. CC. Statiæ.

PRæscriptione [49] mendaciorum [50] opposita: sive [51] in juris narratione mendacium reperiatur, sive in facti, sive in tacendi [52] fraudem

1 *L.* 6. *C. Theod. de diversf. rescriptis.* 2 Dilatio, de qua hic agitur, non habet locum (ut notat Papon. 10. *Arrest.* 9.) in debitis post dilationem datam contractis vel privilegiatis, fed ure in fumma ex fenatusconsulto vel fententia, a qua non est appellatum, debito ex climentis præstitis contracto. Papon. *ib. num.* 6. & *seq.* 3 Biennii puta, *quinquennellis* & 3. *Notar.* 80. *des lettres de respit & quinquennelles. L. Rousit.* 1. 2. *in tractatu de litteris dilatoriis, annalibus, quinquennalib. &c.* Cujac. 2. *obs.* 10. ex Calliodoro 2. *ser. obs.* 1. *tract.* 28. *n.* 9. alias nemo excusari potest a dolo, *l. ult.* §. 1. *ff. de manumiss. testament.* 4 Hoc non servatur in Gallia, in dilatione annua, vel biennii reus sistitur dare fidejussorem qualemcunque, si id non potest, juratoriæ cautioni committitur. Jure olim cogebatur ad pignus dandum. *arg. l. cum debitoris. J. de pudic. 7. in verb. pignorum.* hoc etiam non servatur in Gallia. Papon. 10. *arrest.* 9. *ibi. Doctrae impetrant de respit ne dent garant.* Adde Rebuff. *in proœmio Const. gl.* 5. *n.* 42. alias rescripta fere semper supplicanti esse inutilia. 5 *l.* 7. *C. Theod.* 6 Supplicatur adversus sententiam præfecti prætorio, non appellatur. Non appellatur *διὰ τὸν ὅρκον καὶ τὸ ὄνομα τῶν ἀρχόντων*: ut ait Theodorus Hermopolites. Et ita supplicatio subsidium est appellationis. Ilujusmodi supplicationem *διδασκαλικὸν* Græci appellant, *Nov.* 119. *c.* 5. adde *l. unic. J. de sentent. pref. pret.* de remed. supplicationis, vid. Oldendorp. *in tract. de re jud.* ubi tractatur de remediis adversus iniquam sententiam: *ibi, tertium remedium*: Rebuff. *tom.* 1. *tractat. de supplicationibus seu erroum propositionibus.* 7 De uno fuelia intra annum. Rebuff. *in proœm. const. gl.* 5. *n.* 41. 8 Semel supplicari potest. 9 Id est, referendaris. 10 In Gallia non est, *ibid.* 11 Al. *P. V.* 12 Etsi pars legis primæ hoc tit. videtur abrogata. 13 Ideoque militia, morbo, legatione, & ætatis imbecillitate occupatis id conceditur. Galli hujusmodi literas vocant, *lettres d'offsat*, quia causa in eodem statu quo relinquitur quiescere, & ut ita dicatur, dormire folet. Imperatæ fortiuntur effectum demonstrato elogio Ducis, Medici, Principis, libris *παιδαγωγικοῖς*, de quibus vide Papon. 3. *Notar.* 8. *cap. Des lettres d'offsat.* 58 *l.* 6. *C. Theod. de appell. lib.* 11. 59 *Novell.* 113. *cap.* 2. 40 Vid. *l.* 6. *infr. de edendo.* 41 *l.* 3. *J. de error. advocat. l. ult. J. quomodo & quando judex, l. ult. J. sentent. rescind.* 42 Pœnam supplicantis adversus litem sententia terminatam observa. 43 *l.* 17. *C. Theod. de appellation. lib.* 11. 44 Vid. *l.* 1. *J. de lis, qui prop. met. jud.* 1. 3. *J. sentent. rescind.* 45 Rebusfus negat se vidisse hoc in Gallia fervari, *in proœmio confist. gloss.* 1. *n.* 45.

46 Naturale gentium & civile. Idem dicendum, si contra folennitatem juris. vid. Papon. 3. *Notar.* 5. *cap. Quand, & comment peut le Prince derager au droict.* Oldendorp. *in tract. de re jud. cap. fi contra jus, & seq. ubi de nullitatibus sententiarum tractat*, addit *eundem c.* 58. *de exceptionib. n.* 4. *& seq.* Interdum tamen contra jus potest judicari; ut si a Principe lex nominatim edatur cum hac clausula, *Tali lege non obstante*, c. 1. *de const. princ.* Baut. *Nov.* 97. Vide hic Menochium *de arbitr. jud. lib.* 1. *q.* 5. & Benedictum Capram *in Regul. concluf.* 46. & 47. Mod. 48 Quæ alias expressa fuissent a Principe concessilia. 49 Id est, exceptione. Non appellatur a concessione rescripti, *l.* 2. *C. de appellat. & consultat.* fed ab eius executione, vid. Rebuff. *tom.* 2. *in tract. de rescriptis in præfationibus, ibi duodecimo*: adde Papon. 3. *Notar.* 5. *cap. Comme l'on peut appeller des rescripts.* Oldendorp. *cap.* 9. *de except. ibi exceptiones adversus rescriptum.* Wurmlerum 1. *pract.* 5. *obf.* 8. 50 Mendaci mendacium non prodesit, *l.* 5. *infr. h. t.* adde *l.* 29. *ff. ad leg. Corn. de falsis, l.* 1. *ff. de nat. alius restituendi.* 51 Duplicatur hi accidit, semper dum falsum id esse afferit, quod factum non est, vel e contra: huc res redit, per obreptionem impetrata rescripta nullius esse momenti, vid. Roland. a Vall. 1. *Consil.* 34. *n.* 5. adde Papon. 3. *notar.* 5. *cap. Des lettres non recevables.* 52 Mentiri non tantum dicitur, qui falsum afferit, sed qui verum reticet, qui omittit, *l.* 1. §. *h. t.* Mendacium denique est aut in narrando, aut in tacendo.